IOSEPHUS FLAVIUS
Admont (?), um 1138/1165
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26829
Copyright: Admont, Benediktinerstift

captus enim maxima belli pars erat. Mortuos
traq; abditos rimabantur. Ille autem inertio ci
uitatis fortune quadam usus auxilio. per medios
se hostes subripuit. & in quendam profundi
puteum saltu dimissus est. cui ampla specus
adiuncta erat latere. quam supstantes uidere
non possent. Vbi .xl. quidem insignes uiros la
titantes offendit. rerumque utilium apparatum
quem paucis diebus sufficeret. Hostibus autem omnia
completis. uniuersum se quidem occultabat. nocte vero
ascendens uigilias explorabat ut fugeret.
Cumque omnia undique ipsi causa maxime custo
direntur. neque fallendi spes erat. in spelunca
terum descendebat. biduumque ibi delituit.
Tertia vero die capta quadam muliere quecum ipsis
fuerat indicante. Iumque uespasianum propere
duos chiliarchos paulinum & gallicanum iuus
sos pace dare iosepho. & hortari eum ut as
cenderet mittit. Quibus tamen ille rogantibus
postque adse uenerit fideque; salute dantibus
minime paruit. ex his enim magis quem pati
mertum erat quod plurima commisisset quam ex
naturali mansuetudine rogantium suspi
tionem colligens uelut ad penam euocaretur
timebat donec uespasianus tertium quoque chi
liarchum nycanorem iosepho notum atque olim
esuetum direxit. Is autem quam dulce in eos ro
manque ingenium esset referens quasi semel sub
iugassent quodque ipse iosephus iuuentutis cau
sa magis admirabilis quam inuisus ducibus
haberetur eetque imperatori studium non eum ad
supplicium ducere. quod etiam sine deditione
sic liceret exigere. sed conseruare potius uirum
fortem. His addebat quod nec uespasianus sic quod
dolo moliretur amicum adiuuare mittere utrem
optima pessima hoc est prudia pretereret
amicitiam. neque semet ipsum illi ut amicum
falleret obtemperaturum fuisse. Verum iose
pho etiam per nycanoris dicta hesitante.
milites quidem irati spelunce igne submit
tere properabant. sed retinebat eos belli
ductor. uirum iosephum capere plurimi
pendens. Nycanore autem uehementer in
stante. ubi etiam hostilis multitudinis
minas comperit iosephus. nocturna so
nia reminiscitur quibus dis & futuras in
deorum clades & quemadmodum romanis essent euen
tura principibus indicasset. Erat autem inter
pretandis quoque somnus idoneus. & con
iectare quemadmodum ambigue diuinitus dicerentur
sciebat. Quin & sacros prophetarum libros no
uerat quod & ipse sacerdos erat. Iparen
tibus sacerdotibus procreatus. Illa quoque hora quasi
dormiens plenus. & recentium somniorum quem uide
rat horrenda simulachra mente complex
occultas preces domino offert. Et quia iudeorum
in quibus labefactari et creatorem placuit
fortuna vero ad romanos tota migrauit.
animamque meam quemadmodum futura predicerem ele
gisti. do quidem manus sponte romanis
& uiuo. testor autem quod non predictor sed tuus
minister ad eos ibo. Simul his dictis.
nycanori consentiebat.
Verum quia confugerant iudeorum
postque intellexerit iosephum rogantibus
cedere. uniuersi circumstantes clama
bant. certe plurimum ingemiscentes.
Patrie leges ubi sunt quem iudeis dis annuit
quibus morte extrepentes animas indidit
utere. Iosephe. captus es. lucemque uniuersi
pateris seruientem. Quam cito tuimet
oblitus es. quam multos plibertate mori
persuasisti. Falsam profecto opinionem for
titudinis habebas. falsamque prudentiam.
si salutem apud eos speras cum quibus dimi
casti. haut etiam si hec certa sit. abillis
tamen te seruari cupis. Sed quam uis te
romanque fortuna tui oblitione per
funderet. Inos tamen patrie quique con
sulentes. & dexteram et Igladium como